Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qd languorum stimulis cruciaris. quod passionib; animę quáteris. quod mentis angustiis torqueris. quod crassante in impugnatione spū agitaris. & hoc ipsum propeccato tibi diuina iustitia inrogat. & ipsum proculpa tibi iudicii diuina infertur sententia. Omnis enī aduersitas rerum delictorum tuorum meritis excitatur. Tua contra te dimicant arma. sagittis tuis confoderis. telis tuis uulneraris. Per quę enī peccasti. per hęc & torqueris. Secutus es carnē. flagellaris in carne. In ipsa gemis. in qua peccasti. In ipsa cruciaris. in qua deliquisti. Ipsa tibi est censura supplicii. quę fuit causa peccati. Vnde corruisti aduersa. inde luis tormenta. Discute conscientiam tuam. intende mentē tuam. Examina te. loquatur tibi cor tuum. considera meritum tuum. Iustę arguteris. iustę flagellaris. iusto iudicio iudicaris. Procella iusta te conteritur. iusti tuę pęna te conprimit. Nihil enī bonum agis. nihil rectum. nihil æquum. nihil iustum. nihil inter sēm est. nihil pudoris. nulla memoria dignitatis. nihil dō dignum. Hic considera si hoc inter habes quod sequitur. Cotidie peccas. cotidie láberis. Cotidie precepsin deterius uadis. Elatio tua non residet. Supbia tua non deponitur. Tumor & iactantia non cohibetur. Rapit te quoq; furor. inflāmatio. clā mor excitat. commouet indignatio. Paratus semp adiram. sup modum irascaris. supra mensuram animi furore moueris. Zelari bonis. inuidere melioribus solitus. alienis uirtutib; semp inuidus. alienis felicitatib; emulus. Cui umquā non detraxisti. cui non laceraſti. cuius non abrosisti uitam. cuius non iactasti infamiam & Fallax. inconstans. infidus. auarus. tenax. sterilis. inhumanus. infructuosus. non est inter ulla misericordia. Cecidisti in concupiscentias seli. Defluxisti in cupiditatib; mundi. flagras in terreno amore. congeris res perituras. nescis explere cupiditatis tuę sitī. Nouis te cotidie peccatis inuoluis. nouis facinorib; uetera auges. Non diluis scelus. sed dilatas. nec satiatis umquam flamma libidinosę concupiscentię. O te infelicē non te pudet. pmultas aspergi libidines. corruptor. luxuriosus. adulter. sim libidine perduras. inflagitio pseueras. sim luxuria pmanes. sim carnali amore consistis. Heu quam diu quousq; errabis homo & Quē ad finē te effrena